

hirtum. C. LEONTODON calyce toto erecto, leviusculo; foliis dentatis, hirtis; fetis simplicissimis.

H in pratensibus; & alibi. F. æstate.

danubiale. LEONTODON calyce toto erecto, lævi; foliis denutatis, lævibus; scapo unifloro, subnudo. *Obs* 69.

H. in insulis Danubialibus. F. æstate.

palustris. 2. SONCHUS pedunculis calycibusque hispidis, subumbellatis; foliis basi sagittatis.

H. ad rivulos; alibique in humidis. F. Julio.

arvensis. 3. SONCHUS pedunculis calycibusque hispidis, subumbellatis; foliis basi cordatis.

H. in vineis; agris. F. æstate.

oleraceus. 4. SONCHUS pedunculis tomentosis; calycibus glabris.

H. in cultis; agris. F. æstate.

alpinus. 6. SONCHUS pedunculis squamosis; floribus racemosis.

H. passim in nemoribus umbrosis subalpinis. F. æstate.

humilis. 1. SCORZONERA caule subnudo, unifloro; foliis nervosis, planis.

H, co-

cariis, meridiei plerumque expositis, tantum occurrit. Varietatem γ montium vulgarium declivia offerunt. Ipsum vero α pratis gaudet. Floret hinc etiam citius β , crescens in loco calidiori, &c. Quum vero has plantas copiose Austria alat, facili quis poterit negotio sibi colligere plures, in quibus gradatim hæc varietates obtineant.

Habitat variis in locis.

69. LEONTODON (*danubiale*) calyce toto erecto, lævi; foliis dentatis, lævibus; scapo unifloro, subnudo.

Hæc planta adeo congruit quoad habitum & staturam *Leontodonti hirtio*, ut diu dubius hæserim, an pro hujus varietate haberem? sed perpetuo est tota nitida, nec microscopio usus ullam potui setam detegere. *Hirtum* vero setis abundat simplicibus. Has inter invenire plantam mediam, scilicet *subsetosam*, non licuit. *Folia* interdum profundius sunt dentata, ut accedant ad *Taraxacum*. Ergo novam speciem feci. *Scapus stipula* minima una alterave vestitur, proxime calyci leviter squamosus.

Habitat in pratis insularum Danubialium. Floret Junio.

70. CREPIS (*austriaca*) foliis oblongis, denticulatis, amplexicaulibus; involucrio laxissimo & calycibus hispidis. TAB. V.

E. radi-